



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Quoties hoc sacramento vtendum est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Infirmis autem, qui sana mente dum erant, illud petierunt, aut verisimile est, quod petiissent; etiam si postea in amentiam inciderint, vel ratione, sermone neve uti desierint, ministrabitur item.

Si vero dum infirmus amentia phrenesive laborat, verisimile sit, ut indecorè, aut spurce, impureve aliquid agat, quo irreuerentia sacramento huic fiat; non vngetur, nisi alicuius complexu ita te-neatur, ut firmus stabilisq; hæreat.

Cæcis, surdis, mutis, paralyticis, quamvis eo sensu vel videndi, vel loquendi, vel ambulandi semper caruerint, præbebitur: peccare enim potuerunt per internas potentias, quibus ea membra respondent.

Item ei ministrari debet, qui fortè dum est in articulo mortis, sit baptizatus.

Quæ præparatio ad extremæ vñctio-nis sacramentum adhibenda.

Quoniam nihil sacramenti gratiam magis impedit, quam mortiferi alicius peccati conscientia: idcirco in eo ministrando vñsum consuetudinemq; hanc tenebit, ut si fieri potest, infirmum non ante vngat, quam peccata confessus fit, ac præterea sacram Eucharistiam sumperit, at saltem fit confessus; si fortè non potuerit infirmus ob stomachi, gutturisve impedimentū sancti iissimam communionem sumere.

Si quem vero de repente morbi vis oceuparit, ut neque confiteri, neque communicare potuerit, ex aliqua tamen cōtritionis, aut pietatis significatione coniicitur, eum velle sibi hoc sacramentum extremæ vñctionis ministrari: tunc Parochus ministrabit.

Quod diligenter item infirmum præparet, præter alia, quæ ei de vi, salutari-busque fructibus huius sacramenti ut supra dictum est, diligenter exponet, hoc etiam persuadebit, ut ea fide se vngendum præbeat, qua olim, qui ab sanctis Apostolis sanandi erant, se ipsos offerre consueverunt. in primis autem animæ salus, deinde etiam corporis vale-tudo, cum conditione, si ad eternam glo-riam profutura sit, expetenda est.

Tum vero demonstrabit, illum dubita-

re non debere, quin sanctæ illæ preces à Deo exaudiantur, quibus ipse Parochus, sacerdosve, ecclesiæ, & Domini personam gerens, vitetur ad huius sacramenti ministrationem.

Debet etiam maximè eam corporis præparationem adhibere, ut partes vngendæ prius abluitur, quantum com mode fieri possit, ad sacri olei reuerentiam, præsertim quæ sordes solent magis contrahere.

Quoties hoc sacramento vtendum est.

Intelliget Parochus, infirmum, quam diu in eadem ægrotatione, & in eodē mortis periculo versatur, semel tantum esse extrema vñctione lniédum. Quod si vñctione suscepta conualuerit, quoties postea in vita discrimen inciderit, toties hoc sacramentum ei adhibebitur. Item in morbis quibusdam diuturnis, puta in hydropsi, si ob mortem impen-dentem quis vñctus fuerit, & euaserit; deinde ex eodem morbo in aliud similem casum, & periculum mortis rursus inciderit; rursus etiam vngi debebit.

ORDO MINISTRANDI Sacramentum extremæ vñctionis.

Parochus vocatus ad ministrandum Sacramentum extremæ vñctionis, omnibus ijs, quæ mox supra præscripta sunt, rectè animaduersis, & præparatis; ut parochia sua fideles excitet ad orandum pro infirmo, & conuocet sua parochia sacerdotes alios, clericosve, quorum ministerio ut supra dictum est, in administratione vtatur; campanæ signum statim dandum curabit, quod à signo communionis distinguitur.

Mox vero induitus superpelliceo & stola violacea, accipit vas olei sacri.

Clericus induitus superpelliceo vas feret aquæ benedictæ cum aspersorio, & libum hunc sacramentalem.

Curabit etiam crucifixi parvam imaginem afferri, si fortè ea ægrototo desit. item cereum laterna inclusum: idq; per clericum, si adsit.

Tintinnabulum vero non adhibebitur. Dum in via est, & ad ægrotum accedit,

psal-